

1271 apr.

captivitate comitis fuerat restitutus, ^{41]} quodam tempore cum ipse ^{42]} hic prorsus confun-

1268 oct.

in aula sua episcopali ^{43]} in Colonia cum ministerialibus et

di tempora chron. nostra,
quoniam iam 1263 per bo-

1263.

vasallis suis ad reddendum iura ex more pro ^{44]} tribunali sedis-

lonienses, 1267 demum per
comitem Tuliacensem En-

gelbertus captus est.
De illis N. pag. 117.

set, cives Colonienses suscitato tumultu super ipsum irru-
entes ipsam ceperunt et in quadam domo occultatum per
aliquot ^{45]} dies captum tenuerunt. Propter quam quidem ipsius
patri pontificis iniuriam civitas Coloniensis per sex annos et
ultra ecclesiastico fuit per papam ^{46]} supposita interdicto. Nec
autem calamitas sibi accidit, quia contra consilium supra-
dicti domini Conradi antecessoris sui egerat inconsulte.

Num enim adhuc superviveret idem Conradus archiepiscopus,
ipse propter frequentes civium Coloniensium rebelliones,
postquam ipsos ad deditionem ^{47]} coegerat, plures ex ipsis
civibus meliores et potentiores receperat obsides ^{48]} et in suis castris
eius extra civitatem illos tenuit in obstagio ^{49]} personali.

1274 m.

Et dum circa finem morbis esse se sentiret, vocavit ad se
dictum dominum Engelbertum tunc prepositum Coloniensem
et pronuncians ^{50]} ipsum futurum post se archiepiscopum
sibi dixit, quod omnino caveret ^{51]} ne propter aliqua facta vel
pecunias dictos obsides dimitteret. Sed quia ipse consilio ^{52]}
illo sano usus non fuit - nam post mortem domini Conradi
ipse dictos obsides restituerat - ipse calumpniam huius-
modi merito ^{53]} passus fuit. Tunc postquam ipse dominus ^{54]}
Engelbertus a captivitate Coloniensium ^{55]} fuerat liberatus,

1274 nov.

Hist. imp. Col.

consanguinei ipsius propter iniuriam in ipsum commis-
sam exacerbati, videlicet frater ipsius archiepiscopi dominus
de Valkenborch, dux quoque Lymburgensis, comes de Clivo ^{56]} ^{57]} Comes de Clivo isti

proelio ne affuit quidem.

a) ipso 1.2. ipse deest 3. b) episc. sua 2. archiepiscopali 7.4.4". c) pro deest 3. d) aliquos
4.4.4". e) dominum papam 4.4.4". f) sui deest 4.4.4". g) dedicationem 1.2. h) obsides deest 1.3.
i) obstagio 4.4.4". k) sic 2. ceteri pronuncians. l) cav. omnino 3. m) consilio 3. n) merito
deest 4.4.4". o) dominus deest 3. p) Coloniensi 4.4.4". q) Clivo 1.3.